

• post suscepta fortiter iacula tot dolorum. de tanta uir-
 tute constantis laudandus a iudice BEATI VS IOB
 fuerat. sed si iam de presenti seculo. esset euocandus.
 At postquam hic adhuc duplicia recepturus est. post
 quam saluti pristinae restituitur. ut rebus redditis diuiti-
 utatur. ne per elationis gladium ipsa illum sua ue-
 toria sternat. debet omnipotens deus increpare per-
 distinetam iusticiam. quem seruat ad uitam. Quid enim
 • percutit plerumque animam quam conscientia uirtutis
 interficit. que illam dum consideratione sua
 inflat a plenitudine ueritatis euacuat. & dum
 se ad percipienda premia sufficere suggerit. tam
 a meditationis intentione distendit. Iustus ergo IOB
 ante flagella existit. • sed iustior post flagella
 • permansit. et laudatus antea di uoce post modum
 creuit. ex uerbere. profecto uelut tuba ductilis ex
 percussione producta in laudem dei tanto elatus
 est. quanto maiori est castigatione percussus. Sed
 humiliandus erat iste. qui prostratus ulceribus
 sic uirtutibus stabat. Humiliandus erat. ne
 tam robustum percutit elationis tela confoderent.
 quod constabat certe quia et inlata uulnera non
 uicissent. Requirendus nimirum fuit homo. cuius
 • debuisset comparatione superari. Sed quid est.
 quod de eo uoce domini dicitur. uidisti seruum meum
 IOB. quod non sit a similibus super quam. cuius ergo comparatione poterat uinci. de
 quod deo attestante dicitur quia nulli hominis comparatione possit equari. Quod itaque
 agendum est non ut ex persona sua ipse dominus suas illi uirtutes narret et dicat.
 • nunquid produxisti luciferum in tempore suo. a uespere super filios terre esurgere facis.
 • Et iterum. Nunquid aperit tibi portam mortis. et ostia tenebrosa uidisti.